



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CXXXIX. Der Bischof Friedrich erinnert die Pröpste seiner Diöcese, daß ihm und dem Dompropste von Brandenburg als seinem Stellvertreter allein das Recht zukomme die Seelsorge zu conferiren, am 28. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

civitatis Brandenburg per eundem procuratorem, qui pro tempore fuerit, solvi absque occasionis velamine annis singulis, prout donavimus, procurabunt, non obstante, si antedicta curia non inhabitetur, agri ejus non colantur, seu etiam penitus defoletur. In cujus rei testimonium prefens scriptum sigillo ecclesie Brandenburgensis una cum sigillo nove civitatis Brandenburg duximus muniendum. Et nos confules universi nove civitatis Brandenburg predictae in signum, quod predicta omnia grata velimus haberi et rata, sigillum civitatis Brandenburg predictae duximus de communi consensu universitatis nostre presentibus apponendum. Datum Brandenburg, anno domini millesimo trecentesimo tertio, septimo Kal. Augusti.

Nach dem im Domarchiv befindlichen Original und einer Copie der vollständiger gefassten Ausfertigung, welche die andere Parthei (der Magistrat der Neustadt Brandenburg) empfangen hat.

**CXXXVIII.** Der Bischof Friedrich bestätigt die Vereinigung der Kirche der beiden Dörfer Langerwisch, am 22. August 1303.

Fredericus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie a sede apostolica provius et confirmatus, dilecto sue dyocesis clerico Henrico plebano in Beeliz, salutem in domino sempiternam. Cum Hedenricus, venerabilis in Christo Brandenburgensis ecclesie episcopus, antecessor noster pie memorie ambos ecclesias in Langerwisch novo et in antiquo Langerwisch legitime et canonicè univerit, ita quod ecclesia antiqui Langerwisch pro filia novi Langerwisch est habenda, et cum dominus Hermannus, Brandenburgensis marchio unioni hujusmodi de novo ratihabitionem sive suum prebuerit consensum ex resignatione domini Conradi, quondam in antiquo Langerwisch plebani, nos predictarum duarum ecclesiarum unionem et prefati domini Hermannus Brandenburgensis marchionis ratihabitionem in nomine domini presentibus confirmamus. Mandamus igitur vobis firmiter in hiis scriptis, quatinus dominum Johannem de Milow, Brandenburgensis ecclesie cellerarium, cui istarum ecclesiarum unitarum curam animarum porreximus, in corporalem possessionem inducatis, precipientes civibus utriusque ville, quod predicto domino Johanni, eorum plebano, debitam reverentiam exhibeant et honorem. Datum Zegefere, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. tertio, feria quinta post assumptionem sancte Marie virginis.

Nach dem Original.

**CXXXIX.** Der Bischof Friedrich erinnert die Pröpste seiner Diöcese, daß ihm und dem Dompropste von Brandenburg als seinem Stellvertreter allein das Recht zukomme die Seelsorge zu conferiren, am 28. Octbr. 1303.

Fredericus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie a sede apostolica provius et confirmatus, honorabilibus viris et discretis prepositis universis per ipsam diocesan Brandenburgensem constitutis sinceram in domino caritatem. Relatione didicimus veridica, quod nemo auctoritatem



conferendi curas animarum ecclesiarum nostre diocesis habeat, nisi nos seu legitimus vicarius noster. Ea propter vobis in virtute sancte obedientie districtius precipimus et mandamus, quatenus nullus vestrum se de huiusmodi autoritate aequaliter intromittat, sed domino preposito Brandenburgensi cui in his et consimilibus nostras commisimus vices, presentatos vobis absque contradictione qualibet remittatis. Datum in die Simonis.

Nach einem Brand. Copialbuche.

**CXL.** Anno, Domherr zu Halberstadt, erkennt in Sachen des Pfarrers zu Derenburg als delegirter Richter des zum Bischofe in Brandenburg berufenen Archidiaconus Friedrich von Plozcek, am 9. Dibr. 1303.

Nos Anno, dei gracia cellerarius ecclesie Halberstadenfis, iudex a venerabili domino Brandenburgensi ecclesie a sede apostolica proviso Frederico de Plozcek, archidiacono in Uttesleve, delegatus, interloquendo pronunciamus, quod dominum Johannem de Dreyneleue ad ecclesiam in Derneburch presentatum — defendere debemus et tueri iuxta commissionis continentiam nobis facte —. Actum et datum Halberstadt in curia nostra, anno domini MCCC tertio, quinto ydus Decembris.

Ebendaßer S. 50.

**CXLI.** Ablassbrief des Erzbischofs Burchard von Magdeburg und der Bischöfe von Halberstadt, Merseburg, Brandenburg und Havelberg für den Andreas-Altar in der St. Gertraud-Kirche zu Halle, vom 23. Juni 1304.

Borchardus dei gratia, sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, Albertus Halberstadenfis, Henricus Merseburgensis nec non Fredericus Brandeburgensis et Arnoldus Havelbergensis ecclesiarum episcopi. Vniuersis christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit salutem in eo qui est credencium uera salus. Gratum obsequium et pium totiens opinamur deo impendere, quotiens mentes fidelium ad pietatis et deuocionis opera excitamus. Cupientes igitur altare in honore sancti Andree apostoli in ecclesia sancte Gertrudis in Hallis, Magdeburgensis diocesis, per honorabilem virum Johannem de Nurthhufen, ciuem ibidem, de nouo constructum speciali gratiarum priuilegio honorare; Omnibus uere confessis et corde contritis, qui dictum altare in quatuor summis festiuitatibus, uidelicet natiuitatis Christi, resurrectionis, ascensionis, pentecostes, nec non in quatuor festiuitatibus gloriose uirginis Marie, uidelicet purificationis, assumptionis, natiuitatis, nec non in festo patroni ac in anniuersario dedicationis eiusdem altaris, cum deuocione, uisitauerint, uel elemosinas suas ibidem elargiti fuerint aut orationes suas deuote fuderint; nos de omnipotentis dei misericordia ac sue matris, beate uirginis Marie, nec non beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate consili singuli nostrum singulos quadraginta dies et quinque karenas, de iniunctis sibi penitencis in domino misericorditer relaxamus. Datum Hallis, anno domini M. CCC. quarto, pridie sancti Johannis euangeliste.

Ludwig, Reliquiae Diplomatum Bd. I., S. 502.